





T H E S E S  
D E  
I V R I S P R V D E N T I A  
E T L E G I B V S :

*De quibus, exercitij caussa,*

PRÆSIDE DETHARDO  
HORSTIO, F. ORIENT: IV-  
RISCONSULTO, IN NOVI COL-  
legij auditorio maiori, publi-  
cè respondebit

Laurentius Sensenschmid  
Labacensis Liburnus.

*Habebitur disputatio 16. Februarij.*



W I T T E N B E R G Æ,  
Excusæ typis M. Simonis Gronenbergij.

M. D. X C I I I.

T H E S E

D R

IVRISPRVDENTIA

ET LEGIBVS

De primis exercitijs canonicis

FRANCISCE DETHARDO

HORATIO F. ORIENT: IV

RISCONSULTO: IN NOVI COL

legi auditorio maiori publi

co respondit

Laurentius Gieseler

Laurentius Gieseler



Laurentius Gieseler

Kor 3335

M

WILHELM BERG

Excursus M. Scientia Gronovensis

M. L. X. CIII

1965 K 166





Vrisprudencia est ars Iuris re-  
ctè discernendi: a Iuris autem  
discretio ex Legibus pendet:  
& præsertim generaliores  
Iuris distinctiones, nisi Le-  
gum diuersitate cognitâ, non  
rectè intelliguntur. <sup>b</sup>

*a* *tex. in prin. tit. I. De iust. & iur.*

*L. 1. in prin. & L. 10. iustitia § fin. ff. de iust. & iur.*

*b* *§ fin. vers. ult. l. d. tit. De iust. & iur. & d. l. 1. § huius stu-  
dy. vers. priuatum, c. 2. ius generale. dist. 1.*

II.

Lex est præceptum Politicum, quo de Re-  
publicæ ordinatione aliquid sancitur: c huius  
virtus est, imperare, permittere, vetare, punire: <sup>d</sup>  
obseruari igitur debet à ciuibus. <sup>c</sup>

*c* *L. 1. & 2. ff. De legib. fa. text. in l. 9. Sacra. § propriè. ff.  
De rer. diuis. § sancta. vers. ult. l. de rer. diuis.*

*d* *L. 7. legis virtus, ff. De leg. c. priuilegia. § fin. c. ult. d. 3.*

*e* *d. l. 1. in prin. ff. De iust. & iur. & d. l. 1. & 2. ff. De leg.  
d. l. sacra, § propriè, & d. § sancta. vers. ult. d. c. priuilegia. § fin. c.  
ult. d. 3. text. in prin. & c. 1. & 2. d. 4.*

III.

Princeps autem quamuis legibus solutus  
dicatur, digna tamen vox est maiestate regnan-  
tis, legibus se alligatum profiteri: Augusta licèt  
legibus soluta non sit, princeps tamen eadem illi  
priuilegia tribuit, quæ & ipse habet. <sup>f</sup>

*d 2*

*fL. 16*



f L. 16. Princeps ff. De leg. l. 4. digna vox C. eo. § fin. l. Quib.  
mo. testam. infirm. l. 23. ex imperfecto ff. De leg. 3. l. 3. ex imper-  
fecto C. De testam. l. 7. cum multa C. De bon. quolib. c. 2. iustum d.  
9. cum similibus.

IIII.

Intelligi ergo leges ab omnibus debent, ut  
vniuersi, præcepto earum manifestius cognito,  
vel inhibita declinent, vel promissa sectentur. g

g L. 9. leges sacratissima. C. De legib.

V.

Benignius autem leges interpretandæ sunt,  
quò voluntas earum conseruetur: h scire quippe  
leges non hoc est, verba earum tenere, sed vim  
ac potestatem. i

h L. 18. benignius ff. de legib.

i L. 12. scire leges l. 10. neq. leges. cum 6. seqq. l. 22. cum  
ex. cum 6. seqq. l. 34. cum de consuetudine & 4. seqq. ff. d. tit. de  
legib. l. 7. leges & constitutiones C. de legib.

VI.

In ambigua igitur voce legis, ea potius acci-  
pienda est significatio, quæ vitio caret, præfer-  
tim cum etiam legis voluntas ex hoc colligi pos-  
sit. k

k l. 19. in ambigua ff. d. tit.

VII.

Inciuile autem est, nisi totâ Lege perspectâ,  
vnâ aliquâ particulâ eius propositâ, iudicare vel  
respondere. l

l L. 24. inciuile ff. eod. tit.

Contra



Contra legem porrò facit, qui id facit, quod  
lex prohibet: in fraudem verò, qui, saluis verbis  
legis, sententiam eius circumuenit: fraus enim  
legi fit, vbi, quod fieri lex voluit, fieri autem non  
vetuit, id fit. <sup>m</sup>

<sup>m</sup> L. 29. contra legem, cum l. seq. ff. eod. tit.

IX.

Non dubium est igitur, in legem committe-  
re eum, qui verba legis amplexus, contra legis  
nititur voluntatem: nec pœnas legibus insertas  
euitabit, qui se, contra iuris sententiã, solã præ-  
rogatiuã verborum, fraudulenter excusat. <sup>n</sup>

<sup>n</sup> L. 5. non dubium C. de legib.

X.

Ea autem, quæ lege fieri prohibentur, si fue-  
rint facta, non solùm inutilia, sed pro infectis et-  
iam habentur, licet legislator fieri prohibuerit  
tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debe-  
re, quod factum est: sed et si quid fuerit subsequen-  
tum ex eo, vel ob id, quod interdiciente lege fa-  
ctum est, illud quoq; cassum atque inutile esse  
præcipitur. <sup>o</sup>

<sup>o</sup> d. l. non dubium.

XI.

Est autem lex, aut Naturalis, quæ in natura  
sancita est: hæc, intelligentiã honestatis ac iusti-

A

3

tia

riæ iustitia, non mutatur, licet obseruantia eius  
subinde impediatur. p

p Plato in *Minore*, & passim in libris de legibus. Aristot. lib. 5.  
*Eth. ad Nicom.* c. 7. Cic. lib. 1. de legibus & lib. 2. circa princ. § ius  
autem ciuile, & § sed naturalia, l. De iu. nat. gent. & ciu. l. 6. ius  
ciuile l. 9. omnes populi & l. pen. in prin. ff. de iust. & iu. c. ult.  
ext. de consuet. tex. in prin. & c. 1. c. ius autem, cum c. seqq. d. 1.  
itemq; dist. 5. in prin. & § 1. & dist. 8. per tot. Dd. in l. princeps.  
ff. De legib. & in l. 3. C. si contra ius vel util. pub. & in innumeris  
locis alijs. Wesenb. in com. meth. seu paratit. ff. ad tit. de iust. & iu.  
nu. 14. & 16. And. Geyl. obs. pract. lib. 2. obs. 58. nu. 1. & 2. & obs.  
127. nu. 7. Chil. Koning in practica sua iudiciali, in proæmio.

### XII.

Aut est Positiua, quæ placitis humanis est  
sancita: ideoque mutatur sæpè, & posterior prio-  
rem tollit q: Estque Rationabilis aut Irrationa-  
bilis, Gentilitia aut Ciuilis.

q eleg. inter ceteros Cic. lib. 2. de leg. circa princ. d. § ius  
autem ciuile, & § ius autem gentium, cum d. § sed naturalia. l.  
De iu. nat. gent. & ciu. d. l. pen. ff. de iust. & iu. l. ult. ff. de const.  
prin. l. 2. tanta. § sed quia. C. de vet. iu. enucl. cum similib.

### XIII.

Rationabilis, quæ probabili ratione sancita  
est: ideoque obseruatione digna: Irrationabilis,  
quæ sine probabili ratione sancita est: proinde-  
que obseruatione indigna. r

r eleg. Cic. lib. 2. De legib. circa princ. l. 19. quod verò. cum  
2. seqq. & l. 20. non omnium, cum seqq. l. 29. quod non ff. de legib. l. 2.  
ff. de const. prin. l. 8. humanum. C. de legibus. c. consuetudo. § 1 cum  
c. seq. d. 1. tex. in prin. & c. 1. & 2. d. 4. itemq; d. 8. per tot. &  
dist. 9.



dist. 9. per tot. dist. 10. per tot. *Dei. communiter in l. vlt. vbi inier  
ceteros Bald. nu. 1. & 3. seqq. C. si contra ius vel util. publ. Geyl. d.  
obs. 58. n. 1. & 2. & obser. 127. nu. 7.*

XIIII.

Gentilitia, quæ ab omnibus vel plerisque  
gentibus est sancita: omnes illas vel plerasque  
gentes ad obseruantiam adstringens, à quibus  
sancita est. Ciuilis, quæ à ciuitate vel regione  
aliqua sancita est: ideoque ciuitatem tantum il-  
lam, vel regionem sibi subiiciens. s

*s & ius autem ciuile, & 2. § seqq. cum d. § sed naturalia. I. De  
iu. nat. gent. & ciu. l. 1. § fin. cum s. ll. seqq. ff. de iust. & in. c. ius  
ciuile, cum seqq. d. 1.*

XV.

Quia tamen quælibet Respublica, pro ar-  
bitrio suo, partim leges Naturales, partim leges  
Gentilitias, in suam sanctionem transfert, fit, vt  
leges Ciuiles sæpè dicantur, quæ origine inspectâ  
sunt Naturales, aut Gentilitiæ. t

*t d. § ius autem Ciuile, & d. l. omnes populi. d. c. ius ciuile. & c.  
vlt. d. 1.*

XVI.

Deinde Lex distinguitur in Generalem &  
Specialem: Generalis dicitur, quæ omnibus Rei-  
publicæ membris est sancita: ideoque ad omnes  
pertinens: quales esse debent leges, quantum  
fieri potest, salute communi attentâ, ferè omnes:  
Specialis, quæ singularibus membris est sancita:  
ideoque

ideoque ad singulares illas personas, ob singula-  
rem rationem, tantum pertinens, & propter ex-  
emptionem, Priuilegij nomen accipiens. u

u § sed & quod principi. vers. pen. & vlt. l. De iu. nat. gent. &  
ciu. l. 3. & 3. seqq. l. 8. iura l. 10. neq. leges & 6. seqq. ff. de legib. l. 1.  
vers. pen. & vlt. ff. De const. prin. l. 1. l. 3. & 2. seqq. l. 6. quod fa-  
uore l. 9. leges sacratissime C. de legib. l. 68. in omnibus causis l.  
283. etsi nihil & l. 195. priuilegia ff. de reg. iu. l. 7. Diuus ff. de in  
integ. rest. c. regula § fin. cum c. seq. in prin. d. 3. Aul. Cell. lib. 10  
noct. att. c. 20.

### XVII.

Tertio distinguitur lex, in Scriptam & Non  
scriptam: Scripta dicitur, quæ certâ deliberatio-  
ne publicâ est sancita: sic dicta, quod scripto ferè  
publicè proponi soleat. \*

\* § constat l. de iu. nat. gent. & ciu. d. l. 6. ius civile § fin. ff.  
eo. tit. l. 32. de quibus. cum seqq. ff. de legib. c. lex est. cum 2. seqq.  
d. 1.

### XVIII.

Non scripta contra, quæ moribus paulatim est  
sancita: vnde consuetudo appellatur: ad quam  
firmam in primis, rationabilem populi con-  
sensum, deinde merò rerum vniuersimè iudica-  
toriam auctoritatem, et tandem que in præscripte  
legem scriptam inducatur, præscriptionem 10  
annorum, sed contra legem scriptam inducatur,  
40 annorum præscriptionem requirit, traditum  
est. y

y § sine

y § sine scripto, l. de iu. nat. gent. & ciu. d. l. de quibus &  
seq. l. 2. C. Que sit long. consuet. c. vn. in prin. vers. legum au-  
tem. tit. 1. de feudi cognit. lib. 2. in vsib. feudor. c. vlt. ext. de con-  
suet. & in istis locis Dd. c. mos est, cum seq. d. 1. & d. 11. itemq. d.  
12. per tot. And. Geyl. obs. pract. lib. 1. obs. 36. nu. 15. & lib. 2.  
obs. 31.

XIX.

Romana porrò lex distinguitur peculiariter  
in Pontificiam & Ciuilem: Pontificia dicitur,  
quæ à Pontifice, aut etiam Clero Romano est  
sancita: quæ subinde ad Clerum etiam tantum  
pertinet: hæc Canon singulariter dicitur: Lex  
Pontificia in his, quæ verbo diuino non repu-  
gnant, consensu Politico toleratur. z

z c. 1. & 2. seqq. d. 3. & vide dist. 9. d. 10. d. 11. d. 12. d. 15. d.  
16. d. 17. d. 18. d. 19. d. 20. d. 22. d. 39. d. 93. d. 94. & vide tex. in c. Con-  
stantinus, & passim d. 96. § 19. Damit auch Im Religions frieden  
vnd Reichsabscheide zu Augsburg / Anno 1555. au fgerichz  
tet.

XX.

Ciuilis hinc dicitur, quæ à Politico legisla-  
to- re est sancita: huius species est lex à toto populo  
Romano, maiore, Senatorio nimirum Magi-  
stratu rogante, sancita: quæ Leges rogari cœpe-  
runt statim post prima vrbis initia. a

a § constat autem, cum § seq. l. De iust. & iure, l. 6. ius aut  
ciuile, in pr. ff. eo. tit. l. 2. in prin. & § 1. ubi vide Guilh. Bu-  
da: & alios recentiores ff. de orig. Iuris, tex. in prin. & c. 1. & c.  
quædam cum seqq. d. 2. c. 1. & vlt. d. 7.

XXI.

Plebiscitorum sancientorum potestas plebi  
concessa fuit, Horatiâ Publiciâ & Hortensiâ lege,

B

vt à

vt à seditione ad quietē vrbaniā plebs rediret. b

b § plebiscitum. vbi vide Francisc. Baldut. Eguina. Bard.  
Ioach. Myns Matth. VVesenb. Francisc. Hotroman. & alios recen-  
tiores. l. De iur. nat. gent. & ciu. l. 2. § 4. deinde cum esset, & § 6.  
nouisimè, vbi vide Guilh. Buda. & alios recentiores, ff. de orig. iur. c.  
plebiscitum d. 2.

XXII.

Senatui, sancendarum legum potestatem, Cæ-  
sares conciliârunt: consuetudinem sancendarum  
legum à Comitijis populi ad Curiam Senatorum  
transferentes, quò magis suam possent augere  
potentiam. c

c § Senatusconsultum. l. De iur. nat. gent. & ciu. d. l. 2. §  
deinde cum esset, & § nouisimè. l. 9. non ambigitur ff. De legibus. l.  
vnica. C. de Senatusconsultis. c. Senatusconsultum. d. 2.

XXIII.

Principes & Cæsares Romani, latâ lege Regiâ  
sancendarum legum potestatem consecuti sunt.  
Horum sunt constitutiones, decreta, rescripta. d

d § Sed & quod Principi. l. De iur. nat. gent. & ciu. & d.  
l. 2. § nouisimè, ff. de orig. iur. l. 1. & seqq. ff. de constit. Princ. l. 1.  
& l. 8. humanum, cum seqq. C. de legibus. l. 1. & seqq. C. de mandatis  
princip. c. constitutio d. 2.

XXIII.

Respondendi de iure facultatem olim ex-  
ercebant, qui modò fiduciam suorum studiorum  
haberent: Tiberius autem Augustus, quò ma-  
ior esset responsorum autoritas, constituit, vt  
Iureconsulti ex autoritate Imperatoria respon-  
derent, & huius beneficio Massurius Sabinus in  
ordinem equestrem relatus, primùm, autorita-  
te Im-

te Imperatoriâ, signata responsa dedit: atque ex-  
inde peti hoc pro beneficio à Principibus cœpit.

*e* § *responsa prudentum*, l. de iur. nat. gent. & civ. d. l. 2. §  
2 his legibus, & § 18. iuris civilis, cum seqq. ubi vide Guilh. Buda.  
& alios recentiores, ff. de orig. iur. c. responsa d. 2.

XXV.

Edicta honoraria proposita sunt à medijs  
Magistratibus, Prætoribus, Ædilibus Curulibus,  
Proconsulibus: Hæc cum primis temporibus, et-  
iamsi perpetuæ iurisdictionis causâ propone-  
rentur, temporaria essent, perpetuarum legum  
conditionem postea consecuta sunt, cum per Ser-  
vium Sulpitium & Aulum Offilium, deinde per  
Salvium Iulianum, autoritate Imperatoris Æ-  
lij Hadriani, perpetuum edictum conscriptum est.

*f* § *Prætorum quoque*, l. d. tit. de iur. nat. gent. & civ. d. l. 7  
iur. autem civile. § 1. ff. de iust. & iur. d. l. 2. § 5. eodem tempore ff.  
de orig. iur. & in istis locis Dd. & præsertim recentiores.

XXVI.

Hodie Romanis civilibus legibus, Imperij  
quoque nostri Germanicoromani Recessus, à Cæ-  
sare, Electoribus, alijsque Principibus & Ordini-  
bus Imperij nostri sanciti, annumerari debent.

*g* Reichs abscheide / part. 1. & 2. vide tit. 57. von des Rei-  
chlichen Kammerrichters und Besizers eyd, part. 1. in der Rei-  
chlichen Kammergerichts ordnung. notat. And. Geyl. præct. obs.  
lib. 1. obs. 95. nu. 14.

XXVII.

Atque ab his omnibus specie sua differt sta-  
tutum municipale, quod à ciuitate aut regione  
aliqua pro lege est sancitum. h

B 2

Dd. &

*h. Dd. & presertim recentiores in § ius autem civile. l. de  
eu. nat. gent. & civ. l. 9. omnes populi. ff. de iust. & iure. l. 32. de qui-  
bus. ff. de legibus. itemq. ad Rubr. & passim tot. tit. ff. De decretis ab  
ordin. fact. l. 1. C. De summa Trin. & fide cathol. l. 2. C. de constituta  
pec. c. ecclesia S. Maria, ext. De constitutionib. c. 1. de constit. in 6.  
And. Geyl. pract. obs. lib. 1. obs. 86.*

## COROLLARIA.

I.

**P**ontifici aut Clero Ecclesiastico, quatenus  
Ecclesiastici sunt, sancendarum legum pote-  
statem vel iurisdictionem vllam relinqui, nec  
pietatem nec æquitatem suadere, arbitramur.

II.

Multas concertationes scholasticas, quæ  
Academicam honestatem & modestiam, imò  
Christianam etiam pietatem turpissimè oppu-  
gnant, & tranquillitatem non tantùm Acade-  
miarum & Scholarum, sed Ecclesiarum quoque  
& Rerum publicarum perturbant, arctioribus  
legum repagulis indigere censemus.

III.

Iniurias & calumnias atrociores, non mi-  
nùs ferè, quàm pleraque publica crimina, vltimi  
supplicij irrogationem, aut certè non multò mi-  
norem pœnæ exasperationem mereri, intrepidè  
asserere non veremur.

Ka 3335

ULB Halle


3

004 972 511









B.I.G.

Farbkarte #13

T H E S E S  
D E  
I V R I S P R V D E N T I A  
E T L E G I B V S :

*De quibus, exercitij causis,*

PRÆSIDE DETHARDO  
HORSTIO, F. ORIENT: IV-  
RISCONSULTO, IN NOVI COL-  
legij auditorio maiori, publi-  
cè respondebit

Laurentius Sensenschmid  
Labacensis Liburnus.

*Habebitur disputatio 16. Februarij.*



WITTENBERGÆ,  
Excusæ typis M. Simonis Gronenbergij.  
M. D. X C I I I.

